

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo II

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



Et uita erat lux hominum. & ex ipsa uita homines inluminantur. Pecora non inluminantur. quia pecora non habent rationales mentes quae possint uidere sapientiam. Homo autem factus ad imaginem dñi. habet rationalem mentem per quam possit percipere sapientiam. Ergo illa uita per quam facta sunt omnia. ipsa uita lux est. & non quorumq. animalium. sed lux hominum. Unde paulo post dicit. Erat lumen uerum. quod inluminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Ab illo lumine inluminatus est iohannes baposta. ab illo & ipse iohannes euangelista. Ex ipso lumine plenus erat quid dixit. Non sum ego xps. sed qui post me uenit. cuius non sum ego dignus corrigiam calciamenti soluerē. Ab ipso lumine inluminatus erat quid dixit. In principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. Ergo illa uita lux est hominum. sed forte adhuc stulta corda capere istam lucem non possunt. quia peccatis suis ad grauantur ut eam uidere non possint. Non ideo cogitent quasi absentem esse lucem. quia eam uidere non possunt. Ipsi enim propter peccata tenebrae sunt.

Et lux lucet in tenebris. & tenebrae eam non comprehendunt. Ergo fratres quomodo homo positus in sole caecus. praesens est illi sol. sed ipse soli absens est. sic omnis stultus. omnis iniquus. omnis impius caecus est corde. praesens est sapientia. sed cum caeco praesens est. oculis eius absens est. non quia ipsa illi absens est. sed quia ab ipsa ipse absens est. Quid ergo faciat iste. Mundus unde possit uideri dñs. quomodo si propterea uidere non possit & quia sordidos & saucios oculos habet & inruente puluere uel pituita uel fumo. dicit & illi medicus. Purga de oculo tuo quicquid mali est. ut possis uidere lucem oculorum tuorum. puluis. pituita. fumus. peccata & iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia. & uidebis sapientiam quae praesens est. quia dñs est ipsa sapientia. & dictū est. Beati mundo corde. qm̄ ipsi dñm uidebunt. **EXPLICIT TRACT. I. INCIPIT. II.**

**AB EO QUOD SCRIPTUM EST. FUIT HOMO MISSUS AD DUM CUI NOME ERAT IOHANNES. USQ. AD PLENUM GRATIA ET UERITATE.**

**B**onum est fr̄s. ut textum diuinarum scripturarum & maxime sc̄i euangeli nullum locum praetermittentes per tractemus ut possumus. & pro nostra capacitate pascamur. & ministremus uobis unde & nos pascimur. Capitulum primum praeterito die dominico tractatum esse meminimus. id est in principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum. hoc erat in principio apud dñm. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. quod factum est in illo uita est. & uita erat lux hominum. & lux in tenebris lucet & tenebrae eam non comprehendunt. Huc usq. tractatum esse credo. Recordamini omnes qui adfuitis. & qui non adfuitis credite nobis. & his qui ad esse uoluerunt. Nunc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos qui hoc uolunt audire quod dicit.

A k ii  
vsq. vi



& oneri est illis si rep&antur priora cum defraudatione posteriorum, dignentur  
 & quoniam aderant, non praeterita exigere, sed cum his qui aderant & nunc audite  
 praesentia, sequitur. Fuit homo missus ad o. cui nomen erat iohannes, & enim  
 ea quae dicta sunt super eius fratres carissimos, de diuinitate xpi dicta sunt ineffabili  
 & prope ineffabiliter, Quis enim capi & in principio erat uerbu & uerbum erat apud  
 dm, & ne uilescat tibi nomen uerbi per consuetudinem cotidianorum uerborum,  
 & dicitur erat uerbum; hoc uerbum id ipsum est unde hesternodie multum loquuti  
 sumus, & presertim dicitur ut uel tantum loquendo, aliquid ad corda uestra perduxerimus.  
 In principio erat uerbum. Id ipsum, id ipsum est, eodem modo est, sic est semp,  
 sic est, mutari non potest, Hoc est dicitur est, quod nomen suum dixit famulo suo moysi,  
 Ego sum quis sum, & misit me qui est, Quis ergo hoc capi & cum uideatis omnia mor-  
 talia mutabilia, cum uideatis non solum corpora uariari per qualitates, nascendo,  
 crescendo, deficiendo, moriendo, sed & iam ipsas animas per adfectum diuersarum  
 uoluntatum distendi atq; discindi, Cum uideatis homines & percipere posse sapien-  
 tiam si se illius luci & calori admouerint, & amittere posse sapientiam si inde malo  
 adfectu recesserint, Cum uideatis ergo ista esse omnia mutabilia, Quid est quod est,  
 nisi quod transcendit omnia quae sic sunt ut non sint, Quis ergo hoc capit, aut quis  
 quomodo cumq; intenderit uires mentis suae, ut attingat quomodo potest id quod est,  
 ut cum id ut cumq; mente attingerit, possit peruenire, Sicut enim tamquam uideat  
 quisq; de longe patriam, & mare inter iaceat, Uid & quo eat, sed non habet qua eat,  
 Sicut ad illam stabilitatem nostram ubi quod est est, quia hoc solum semper sic est  
 ut est, uolumus peruenire, inter iaceat mare huius saeculi qua imus, & suam uidemus  
 quo imus, Huius multi nec quo eant uident, Ut ergo esset & qua iremus, uenit inde  
 ad quem ire uolebamus, & quid fecit, instituit lignum quomate transeamus,  
 nemo enim potest transire mare huius saeculi, nisi cruce xpi portatus, hanc cruce  
 aliquando amplectitur & infirmus oculis, & qui non uidet longe quo eat, Non ab  
 illa recedat, & ipsa illum perducit, Itaq; frs mei hoc insinuauerim cordibus uestris,  
 si uultis pio & xpiane uiuere, heret xpo secundum id quod pro nobis factus est,  
 ut perueniatis ad eum secundum id quod est, & secundum id quod erat accessit  
 ut pro nobis hoc fieret, quia hoc pro nobis factus est ubi portentur infirmi & mare  
 saeculi transeant, & perueniant ad patriam ubi iam nauis non opus erit, quia nullum  
 mare transitur, Melius est ergo non uidere mente id quod est, & tamen a cruce xpi  
 non recedere, quam uidere illud mente, & cruce xpi contemneret, Bonum est sup  
 hoc & optatum suffieri potest, ut & uideatur quo eundum sit, & teneatur quo  
 portetur qui pergit, hoc potuerunt mentes magne montium, qui montes dicti  
 sunt, quos maxime illustrat lumen iustitiae, potuerunt & uiderunt illud quod est,  
 Nam uidens iohannes dicebat, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud dm



& dñs erat uerbum. Uiderunt hoc. & ut peruenirent ad id quod uidebant de longe.  
 a cruce xpi non recesserunt. & humilitatem xpi non contempserunt. paruuli uero  
 qui hoc non possunt intellegere. non recedentes a cruce & passione & resurrectione  
 xpi in ipsa nau perducuntur ad id quod non uident. In qua nau perueniunt & illi  
 qui uident. At uero quidam philosophi huius mundi extiterunt. & inquisierunt  
 creatorem per creaturam. quia potest inueniri per creaturam. euidenter dicente  
 apostolo. inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellec  
 ta conspiciuntur. Sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas. ut sint inexcusabiles.  
 & sequitur. Quia cum cognouissent dñm. non dixit. quia non cognouerunt. sed quia  
 cum cognouissent dñm. non sicut dñm glorificauerunt. aut gratias egerunt. sed euanu  
 erunt in cogitationibus suis. & obscuratum est insipiens cor eorum. Unde obscuratū.  
 sequitur. & dicit apertius. Dicentes enim se esse sapientes. stulti facti sunt. Uiderunt  
 quo ueniendum esset. sed ingrati ei qui illis praestitit quod uiderunt. sibi uoluerunt  
 tribuere quod uidebant. & facti superbi amiserunt quod uidebant. & conuersi sunt  
 inde ad idola & simulacra & ad culturas daemoniorū. Ad orare creaturam. & con  
 temnere creatorem. Sed iam isti elisi ista fecerunt. ut autem eluderentur superbi erunt;  
 Cum autem superbirent. sapientes esse se dixerunt. hi ergo de quibus dixit.  
 Qui cum cognouissent dñm. uiderunt hoc quod dicit iohannes. quia per uerbum  
 di facta sunt omnia. nam inueniuntur ista & in libris philosophorū. & quia unigeni  
 tū filium habet & dñs per quem sunt omnia. illud potuerunt uidere quod est. sed uide  
 runt de longe. Noluerunt tenere humilitatem xpi. in qua nau securi perueniunt  
 ad id quod longe uidere potuerunt. & sorduit eis crux xpi. Mare transeundum est.  
 & lignum contemnis. O sapientia superba. inrides crucifixū xpm. ipse est quem  
 longe uidisti. in principio erat uerbum. & uerbum erat apud dñm. sed quare cruci  
 fixus est. quia lignum tibi humilitatis eius necessariū erat. Superbia enim tumue  
 ras & longe ab illa patria proiectus eras. & fluctibus huius saeculi interrupta est uia.  
 & qua transeat ad patriam non est nisi ligno portaris. Ingrate inrides eum qui  
 ad te uenit ut redeas. Ipse factus est uia. & hoc per mare. Inde in mari ambulauit. ut  
 ostenderet esse in mari uiam. sed tu quomodo ipse ambulare in mari non potes.  
 nau portare. ligno portare. Certe in crucifixum. & poteris peruenire. Propter te  
 crucifixus est. ut humilitatem doceret. & quia si sic ueniret ut dñs non agnosceretur.  
 si enim sic ueniret ut dñs non ueniret eis quid dñm uidere non poterant. Non enim  
 secundum id quod dñs est. aut uenit. aut descendit. cum sit ubiq. praesens. & nullo  
 loco contineatur. sed secundum quod uenit. quod apparuit homo. Quia & sic erat  
 homo ut lateret in illo dñs. Missus est ante illum magnus homo per cuius testimoniū  
 inueniretur plus quam homo. & quis est hic. fuit homo. & quomodo possit iste  
 uerum de dō dicere. missus ad dō. Quid uocabatur. cui nomen erat iohannes.

& dñs erat uerbum.



Quare uenit, Hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum. Qualis iste. qui testimonium perhiberet de lumine. Magnam aliquid iste iohannes. ingens meritum. Magna gratia magna celsitudo. Mirare. plane mirare. sed tamquam montem. Mons autem in tenebris est. nisi luce uestiatur. Ergo tantum mirare iohannem. ut audias quod sequitur. Non erat ille lumen. nec cum montem putas lumen esse. naufragum in montem facias. non solatium inuenias. sed quid debes mirari. montem tamquam montem. Erige autem te ad illum qui inluminat montes. qui ad hoc erectus est ut prior radiatus excipiat. & oculis tuis nuntiet. Ergo non erat ille lumen. Quare igitur uenit. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Ut quid hoc. ut omnes crederent per illum. & de quo lumine testimonium perhiberet. Erat lux uera. Quare additum est uera. quia & homo inluminatus dicitur lux. sed uera lux illa est quae inluminat. Nam & oculi nri dicuntur lumina. & tamen nisi aut nocte lucerna accendatur. aut per diem sol exeat. lumina illa sine causa patent. Sic ergo & iohannes erat lux. sed non uera lux. quia non inluminatus tenebrae. sed in illuminatione factus est lux. Nisi autem inluminaretur. tenebrae erat sicut omnes impii. quibus iam credentibus dixit apostolus. fuistis aliquando tenebrae. Modo autem quia crediderant. quid. Hunc autem inquit lux in dno; nisi adderet in dno. non intellegeremus. Lux inquit in dno. Tenebrae non in dno eratis. fuistis enim aliquando tenebrae. ibi non addidit in dno. Ergo tenebrae in uobis. lux in dno. Sic & ille non erat lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Ubi autem est ipsa lux. Erat lux uera. quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si omnem hominem uenientem. & ipsum iohannem. Ipse ergo inluminabat. a quo se demonstrari uolebat. Intellegat caritas uestra. Veniebat enim ad mentes infirmas. ad corda saucia. ad aciem animae lupulentis. ad hoc uenerat. unde possit anima uidere quod perfecte est. Quomodo plerumque fit ut in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol. quem oculis uidere non possumus. quia & qui saucios habent oculos. idonei sunt uidere partem inluminatam. & inlustratam a sole. uel montem. uel arborem. aut aliquid huiusmodi idonei sunt uidere. & in alio inlustrato demonstratur illi ortus ille. cui uidendo adhuc minus idoneam aciem gerunt. Sic ergo illi omnes ad quos uenerat xps. minus idonei erant eum uidere. Radiant iohannem & per illum confitentem. a se radiatum. a se inluminatum. Non qui radiat & inluminat. cognitus est ille qui inluminat. cognitus est qui inlustrat. cognitus est qui implet. & quis est qui inluminat inquit omnem hominem uenientem in mundum. Nam si illinc non recederet. non esset inluminandus. Sed ideo hic inluminandus. quia illinc recessit ubi homo poterat semper esse inluminatus. Quid ergo si uenit huc. ubi erat. In hoc mundo erat. & hic erat. & huc uenit. Hic erat per diuinitatem. huc uenit per carnem. quia cum hic esset & per diuinitatem.



abstulit & caecis & iniquis uideri non poterat. Ipsi iniquitenebrae sunt. De  
 quibus dictum est. Lux lucet in tenebris & tenebrae eam non comprehenderunt,  
 ecce hic est & modo. & hic erat & semper hic est. & numquam recedit. nusquam  
 recedit. Opus est ut habeas unde uideas. quod tibi numquam recedit. Opus est  
 ut tu non recedas ab eo. quia nusquam recedit. Opus est ut tu non deseras. & non  
 desereris. Noli cadere & non tibi occidat. si tu feceris casum. ille tibi facit occasum.  
 si autem tu stas. praesens est tibi. sed non stas. recordare unde cecideris.  
 unde te deiecit qui <sup>prior</sup> te cecidit. Deiecit enim te non uoluntate tua. non impulsu. sed  
 uoluntate tua. si enim malo non consentiret. staret. in luminatus maneret.  
 modo autem quia iam cecidisti & factus es saucius corde unde uideri illa lux  
 potest. uenit ad te talis qualem possis uidere. & talem se hominem praebuit ut ab  
 homine quaereret & testimonium. Ab homine quaerit testimonium dñi. & dñi  
 testem habet hominem. habet dñi testem hominem. sed propter hominem. tam enim  
 infirmi sumus. ut per lucernam quaeramus diem. quia lucerna dicitur esse ipse  
 iohannes dño dicente. Ille erat lucerna ardens & lucens. & uos uoluitis exultare  
 ad horam in lumine eius. Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Ergo osten  
 dit quia propter homines uoluit per lucernam demonstrari ad fidem credentium.  
 ut per illam lucernam inimici eius confunderentur. Illi enim inimici quoniam illum  
 temptabant & dicebant. Dic nobis in qua potestate ista facis. Interrogabo uos & ego  
 inquit unum sermonem. Dicte mihi. baptismum iohannis unde est. de caelo.  
 an ab hominibus. & turbati sunt & dixerunt apud semetipsos. Si dixerimus de caelo.  
 diciturus est nobis. quare ergo non credidistis illi. quia ille xpo perhibuerat testimoniū  
 & dixerat. Non sum ego xps. sed ille. si autem ex hominibus dixerimus esse. timemus  
 populū ne lapidat nos. quia tamquam propheta habebant iohannem. Timentes  
 lapidationem. sed plus timentes ueritatis confessionem. Responderunt mendaciū  
 ueritati. & mentita est iniquitas sibi. Dixerunt enim. nescimus. & dñs quia ipsi  
 contra se clauseraut negando se scire quod nouerant. nec ipse illis aperuit. quia  
 non pulsauerunt. Dicitur enim. pulsate & aperietur uobis. non solum autem  
 illi non pulsauerunt ut aperiretur. sed negando ostium. ipsum contra se adstrin  
 xerunt. & ait illis dñs. nec ego dico uobis. in qua potestate ista facio. & confusi sunt  
 per iohannem. implētumq. in illis est. paraui lucernam xpo meo. inimicos eius in uia  
 confusione. In mundo erat & mundus per eum factus est. Ne putes quia sic erat  
 in mundo. quomodo in mundo est terra. in mundo est caelum. in mundo est sol.  
 luna. & stellae. in mundo arbores. pecora. homines. non sic iste in mundo erat.  
 sed quomodo erat. quomodo artifex regens quod fecit. non enim sic fecit quomodo  
 facit faber. forinsecus est arcam quam facit. & illa in alio loco posita est cum fabri  
 catur. & quam uis iuxta sit ipse. alio loco tñ ē qui fabricat. & extrinsecus est ad illud



quod fabricat; <sup>quippe</sup> ~~si~~ infusus mundo fabricat. ubiq. positus fabricat & non  
 recedit aliquo; non extrinsecus quasi uersat molem quam fabricat; praesentia  
 maiestatis facit quod facit. praesentia sua gubernat quod fecit; sic ergo erat in  
 mundo quomodo per quem mundus factus est; per ipsum enim mundus factus est.  
 Et mundus eum non cognouit; quid est mundus factus per ipsum. caelum, terra,  
 mare, & omnia quae in eis sunt. mundus dicitur. Iterum alia significatione  
 dilectores mundi mundus dicuntur; mundus per ipsum factus est & mundus eum  
 non cognouit. Non enim caeli non cognouerunt creatorem; aut angeli non cogno-  
 uerunt creatorem suum; aut non cognouerunt creatorem suum sidera; quem  
 confitentur diemonia. Omnia undiq. testimonium perhibuerunt. sed qui  
 non cognouerunt. qui amando mundum dicti sunt mundus; amando enim  
 habitamus corde; amando autem hoc appellari meruerunt quod ille ubi habi-  
 tabant. quomodo dicimus. mala est illa domus. aut bona est illa domus; non illam  
 quam dicimus malam. pariter & accusamus. aut illam quam dicimus bonam. pariter &  
 laudamus; sed malam domum inhabitantes malos; & bonam domum inhabitantes  
 bonos; sic & mundum qui inhabitant amando mundum; qui sunt qui diligunt mun-  
 dum; ipsi enim corde habitant in mundo; nam qui non diligunt mundum. carne  
 uersantur in mundo; sed corde inhabitant caelum. Sicut apostolus dicit; nostra  
 autem conuersatio in caelis est; ergo mundus per eum factus est & mundus eum  
 non cognouit. In sua propria uenit. quia omnia ista per ipsum facta sunt;  
 Et sui eum non receperunt; qui sui. homines quos fecit; iudaei quos primitus  
 fecit super omnes gentes esse. quia aliae gentes idola adorabant & daemombus  
 seruebant. Ille autem populus erat natus de semine abrahae. & ipsi maxime  
 sui; quia & per carnem quam suscepit dignatus est cognati. In sua propria uenit  
 & sui eum non receperunt; non receperunt omnino; nullus recepit; nullus ergo  
 saluus factus est. nemo enim saluus fiet. nisi qui xpm receperit uenientem;  
 sed addidit. Quot quot autem receperunt eum; quid eis praestitit. magna  
 beniuolentiam. magna misericordiam; unicus natus est. & noluit manere unus;  
 multi homines cum filios non habuerint per acta aetate. adoptant sibi & uoluntate  
 faciunt quod natura non potuerunt; hoc faciunt homines; si autem aliquis habeat  
 filium unicum. gaudet ad illum magis. quia solus omnia possessurus est & non habe-  
 bit qui cum eo diuidat hereditatem ut pauperior remaneat; non sic dicit. Unicum  
 eundem ipsum quem genuerat & per quem cuncta creauerat. misit in hunc mundum.  
 ut non esset unus. sed fratres haberet adoptatos; non enim nos nati sumus de deo  
 quomodo ille unigenitus. sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim uenit unigenitus  
 soluere peccata. quibus peccatis implicabamur. ne adoptari & nos propter impedi-  
 mentum eorum quos sibi fratres facere uolebat. ipse soluit & fecit coheredes;



sic enim dicit apostolus, si autem filius & heres per dñm; & iterum heredes quid em  
 dñi coheredes autem xpi. Non timuit ille habere coheredes, quia hereditas eius  
 non fit angusta simulta possederunt. Illi ipsi certe illo possidente fuerunt hereditas  
 ipsius. & ille vicissim fit hereditas ipsorum. Audi quomodo ipsi fuerunt hereditas ipsius,  
 Dñs dixit ad me filius meus es tu. ego hodie genuite; postula a me & dabo tibi gentes  
 hereditatem tuam; Ille quomodo fit hereditas eorū. dicit in psalmo. Dñs pars  
 hereditatis meae & calicis mei; & nos illum posside mus; & ipse nos possidet sicut  
 dñs; nos illum posside mus sicut salutem. Nos posside mus sicut lucem. Quid  
 ergo dedit his qui receperunt illum. Dedit eis potestatem filios dñi fieri his  
 qui credunt in nomine eius. Ut teneant lignum & mare transeant; & quomodo  
 nascuntur isti qui filii dñi sunt & fratres xpi. utiq. nascuntur; nam si non  
 nascuntur, filii quomodo esse possunt, sed filii hominum nascuntur ex carne &  
 sanguine & ex uoluntate uiri & ex complexu coniugii. Illi autem quomodo ei  
 nascuntur. qui non ex sanguinibus. tamquam maris & feminae; sanguina non est  
 latinum. sed quia grece positū est pluraliter. maluit ille qui interpretabatur sic  
 ponere & quasi minus latine loqui secundum grammaticos & tamen explicare  
 ueritatem secundum auditum infirmorum; si enim diceret sanguinem singulari  
 numero. non explicaret quod uolebat; ex sanguinibus enim homines nascuntur  
 maris & feminae; Dicamus **g.** & non timeamus ferulas grammaticorū. dū tamen  
 ad ueritatem solidam & certam perueniamus. <sup>nec</sup> reprehendat qui intellegit, in  
 gratis quia intellegit. Non ex sanguinibus neq. ex uoluntate carnis. neq. ex uolū  
 tate uiri; Carnem pro femina posuit. quia de costa cum facta esset. adam dixit.  
 hoc nunc os de ossibus meis & caro de carne mea; & apostolus ait; quid diligit  
 uxorem suam se ipsum diligit; nemo enim unquam carnem suam odio habet;  
 ponitur ergo caro pro uxore. quomodo aliquando & sps pro marito; quare.  
 quia ille regit. haec regitur. ille imperare debet. ista seruire. Nam ubi caro imperat.  
 & sps seruit. peruersa domus est; quid peius domo. ubi femina habet imperium super  
 uirum; Recta autem domus ubi uir imperat. femina obtemperat. Rectus ergo  
 ipse homo ubi sps imperat. caro seruit. hi ergo non ex uoluntate carnis. neq.  
 ex uoluntate uiri. sed ex dō nati sunt; ut autem homines nascerentur ex dō.  
 primo ex ipsis natus est dñs; xps enim dñs; & xps natus ex hominibus non quae siuit  
 quidem nisi matrem in terra; quia iam patrem habebat in caelo; natus ex dō  
 per quem efficeremur. & natus ex femina per quem reficeremur; nolite ergo  
 mirari o homo quia efficeris per gratiam filius. quia nasceris ex dō secundum  
 uerbum e. Nam prius ipsum uerbum uoluit nasci ex homine. ut tu securus nascere  
 ris ex dō. & diceret tibi. non sine causa dñs nasci ex homine uoluit. nisi quia alicuius  
 momenti me existimauit. ut immortalis me faceret. & pro me mortaliter nasco  
 [redur;



Ideo cum dixisset. ex dō nati sunt. quasi ne miraremur & exhorresceremus tantā  
 gratiam. ut nobis incredibile uideretur quia homines ex dō nati sunt. Quasi  
 securum te faciens ait. Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis; quid  
 ergo miraris. quia homines ex dō nascuntur. Adtende ipsum dñm natum ex  
 hominibus. & uerbum caro factum est & habitauit in nobis; quia uero uerbum  
 caro factum est & habitauit in nobis. ipsa natiuitate collyriū fecit unde terge-  
 rentur oculi cordis nostri & possimus uidere maiestatem eius per eius humani-  
 tatem. Ideo factum est uerbum caro & habitauit in nobis. sanauit oculos nostros;  
 & quid sequitur. Et uidimus gloriam eius; gloriam eius nemo possit uidere.  
 nisi carnis humilitate sanaretur. Unde non poteramus uidere. Intendat ergo  
 caritas uestra. Quid & quod dico. Inruerat homini quasi puluis in oculum.  
 inruerat terra. sauciauerat oculum. uidere non poterat lucem oculus iste;  
 sauciatus inungitur terra. sauciatus erat. & terra illuc mittitur ut sanetur;  
 Omnia enim collyria & medicamenta nihil sunt nisi de terra; Depuluerē  
 caecatus es. depuluerē sanaris; Ergo carote excaecauerat. carote sanat.  
 Carnalis enim anima facta erat consuēdo affectibus carnalibus. inde fuerat  
 oculus cordis caecatus. uerbum factum est caro. medicus iste fecit tibi collyriū.  
 & qñm sic uenit ut de carne uitia carnis extingueret. & de morte occideret  
 mortem. Ideo factum est in te. ut qñm uerbum caro factum est. tu possis dicere.  
 & uidimus gloriam eius; qualem gloriam & qualis factus est filius hominis;  
 Illa humilitas ipsius est. non gloria ipsius; sed quo perducta est acies hominis  
 curata per carnem. uidimus inquit gloriam eius. Gloriam quasi unigeniti  
 a patre. plenum gratia & ueritate; De gratia & ueritate alio loco uberius in  
 ipso euangelio. si dñs dignatus fuerit donare tractabimus. hęc nunc sufficiant.  
 & aedificamini in xpō. & confortamini in fide. & uigilate in bonis operibus.  
 & aliquo nolite recedere per quod possitis mare transire, **EXPLICIT TRACT. II.**  
**INCIPIT III. ADEO QUOD SCRIPTUM EST. IOHANNES TESTIMONIUM**  
**PERHIBET DE IP SO. USQ. AD ID QUOD AIT. UNIGENITUS FILIUS**  
**QUI EST IN SINU PATRIS IPSE NARRAUIT.**

A. K. VI.  
 vsq. VIII.

**G**ratiam & ueritatem dñi qua plenus scis apparuit unigenitus filius dñs.  
 & saluator noster ih̄s xp̄s distinguendam ad uelere testamento. qñm res est  
 noui testamenti. suscepimus in nomine dñi & uestrae caritati promissimus.  
 Adestote ergo intenti. ut & quantum capio donetis & quantum captis audiat.  
 Reliquum enimerit. ut si semen quod spargitur in cordibus uestris non abstu-  
 lerint ues. nec spinæ praefocauerint. nec aestus exuſerint. accedente pluuia  
 cohortationum cotidianarum. & cogitationibus bonis uestris quibus hoc agitur  
 in corde quod agitur in agro raris. ut gleba frangatur & semen operiatur.